

terminus inferens est extrinsecus termino
illato, ergo iste est locus extrinsecus ergo
male ordinat inter locos intrinsecos.

Quarto sic non sequitur deus est bonus ergo
latro est bonus. Item locus a causa efficiente non
valet affirmare. Quinto sic. Non se
quitur deus est ergo dominator est cum
antecegens sit rex et deus factus in loco ab
effectu cause efficientis non est affirmatio.

Ad primum dicitur quod licet causa efficiens in
quantum est causa motus et rex naturalium et
principium agnoscendi ipsas sit de preteritio
ne propria in quantum ab ipsa sumitur locus
dilatans per habitudinem ad suum effectum ipsa
est de preteritio logica. Ad secundum dicitur quod
licet a fine primo sit motus intentionalis in
efficienti ab ipso non fit primo motus real
te quo solum habet intelligitur finis enim non mo
uet intentiones agentis motu proprio dicitur.
Sed in similitudine sic motus apprehensum mo
uet appetitum pueri ad persecutionem eius.

Ad tertium dicitur quod licet causa efficiens secundum re
sit extrinseca effectui tamen secundum virtutem et secundum
similitudinem est aliquid modo intrinseca sibi. Et hoc
sufficit ad causandum locum intrinsecum quod hoc
sumitur argumentum ab efficiente ea parte qua
pervenit ad effectum. Ad quartum quod ibi non
arguitur a causa efficiente ad suum effectum. eo quod
latro notat vicium deus non est causa efficiens
et licet deus sit causa hominis non tamen est causa
vitiis eius. si bene sequitur deus est bonus ergo
homo latro secundum humanitatem est bonus sed
bonitate entis licet non bonitate moris. Ad
quintum dicitur quod non sequitur quod arguitur ab
esse effectus ad esse cause que non requiritur quan
tum ad esse sed quantum ad fieri et respectu rati
onis cause non est iste locus ab effectu arguen
do respectu habet predicari est.

Materia est ex qua
cuz aliquo. Postquam autem superius deter
minavit de loco a causa efficiente. hic conse
quenter determinat de loco a causa materia
li. Ratione cuius primo sic diffinitur materia.
Materia est ex qua fit aliquid cum alio quod

sic intelligitur. Materia est causa ex qua cum alio
scilicet cum forma fit aliquid scilicet totum positum
ibi ponitur causa loco generis. et residuum ponitur
ad duas alias causas. Unde ex fine et ef
ficente non fit totum positum cum ille cause
sunt extrinsece. et ex forma non fit totum posi
tum tanquam ex materia ex qua sicut intelligitur
in ista diffinitione. Prima enim est prima poten
tia ex qua primo originatur totum positum. scilicet
aliter sic diffinitur. Materia est que tamen est
ens in potentia quod materia de sua natura
non habet esse in actu sed in potentia tantum.

Sciendum primo quod materia dupliciter
capitur uno modo specialiter ut est primum sub
iectum forme substantialis. et sic est pars posi
ti de genere subiecti. Alia modo capitur communi
ter per omnino illo ex qua per modum potentie
ponitur aliud sive per omnino illo quod concurrat
ad positiones alterius tanquam potentia recipi
ens esse et sic reperitur tam in artificialibus
quam in naturalibus. et tam in rebus corporalibus
quam in rebus spiritualibus. Et hoc modo capitur hoc
dicitur quod quedam est materia permanens
et quedam transiens. Permanens est illa
que sub propria forma et specie remanet in suo
effectu ut in cultello ferreo. Transiens est
illa que sub propria specie et ratione non remanet
in suo effectu sed ab una specie transit in ali
am ut in pane farina et filix in vitro et lu
men in latens. Sciendum secundo quod locus a
causa materiali est habitudo ipsius ad suum
effectum. et semper est affirmatiue in qualibus
materia transeunte vel permanente ut fa
rina et aqua sunt. ergo panis potest esse.
Maxima posita causa materiali ponitur eius
effectus secundum potentiam. Sed iste locus te
net negativie in materia permanente ut fer
rum non est ergo anima ferrea non sunt. Max
ima remota materia permanente remouet
eius effectus. Sed in materia transe
unte non tenet negativie ut non sequitur filix
non est ergo vitrum non est. eo quod talis ef
fectus potest esse non existente tali mate
ria que non est permanens in suo effectu.